



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.7. Est templum locus omni reuerentia digniſimus, est & terribilis ob Angelorum præsentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

Verè Dominus est in loco isto. Quanto magis unice, cum per mysterium SS. Sacramenti est hic adeo particulariter: hic enim verè & realiter eius relidet diuina persona, eius humanitas, eius corpus, eius anima, eius sanguis, eius gloria quodam singulari modo: quia quantum ad veritatem assistentiam, non verius est eius persona in celo ad dextram Patris, quam sit hic infernè sub speciebus Sacramentalibus, perfectè plèneque suam explens promissionem. *Ecce ego vobiscum sum.* Unde pleno ore tibi licet exclamare. *Verè Dominus est in loco isto.*

Mat. 28.
19.

§. 7. Est templum locus omni reuerentia dignus, est & terribilis ob Angelorum praesentiam.

¶ 20 **S**ecundo Iacob exclamauit. & ait: *O quam terribilis est locus iste.* Terribilè s. id est fortis, formidabilis, omniq. cultu honorabilis. Ita de Deo Dauid asserit. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi.* Locus fortis, & omni reuerentia dignus est hic, ait Iacob, ob Angelorum legiones, quas vidit: etenim sunt Angeli milites, & deiq. exercitus potentissimi; sunt hi qui templum inhabitant; quia, teste D. Chryl., redundant Angelicis templa legionibus. Diuina Deus verba protulit ore vatis sui Zachariae: *Circumdabo Domum meam ex his qui militant mihi, euntes & reuerentes, & non transibit super eos ultra exactor: quia nunc vidi oculis meis.* In hebraeo habetur. *Castra posui Domui meae.* Manifestum est inquit D. Hieron. Quòd exercitus Dei, sunt Angeli. Illos statim, inquit Dominus, domus mea propugnatores, Quis hoc Domine, an cuiuslibet domus cymus non sufficit: Sunt illi tui milites tanta fortitudine robusti, ut eorum unus sub vnius noctis tempore centum octoginta quinque millia militum de exercitu Semacherib regis, impiissimi trucidare valuerit, & hoc tanta quidem facilitate, quasi rerum nihil effecisset: non enim fatigatus fuit, non sudauit, non illi necesse fuit interulam mutare, nec in lecto recumbere: hæc enim est Angeli virtus, hæc fortitudo. Hoc concessio, cur eorum integros collocas exercitus?

Primò respondet Deus, quia domus mea est, meumque palatium: Iustum est, inquit D. Cyrill Alex. Vbi Rex est, ut sit etiam Curia: hæc quippe de causa præcepit Deus Moysi, quando sibi in habitaculum arcam illam assumpsit prodigiosam, ut circumquaque cortinas expanderet, in quibus plures depingerentur Seraphini, quo si-

gnificaret, quòd vbi suum erigit Deus tribunal sedemque figit, certo sciamus, ibi eorum adesse millia millium: Primò: ad diuinam eius auctoritatem; secundò: in bonum & defensionem populi.

Euntes & reuerentes. Conuenit hoc cum eo, quòd vidit Iacob, quòd ascendente & descendente. Non conuolant, ait D. Chryl., apes auditis ad alueate ut mel conficiant, quam ipsi Angeli, ut illud in anima tua conficiant. Omne apum hoc est exercitum: ire & redire: egrediuntur, & euolant sollicitè ad campos floribus vernantes, ad rosarium succo abundantem, ad amaracum rote diffusentem, hunc colligunt, & ad alueate reuolant exoneratæ: quarum nullum est aliud exercitum, quam euolare & reuolare, ut mel conferant fatuque replant alueate. Eo planè modo celestis illar apicula; hoc omne eorum est exercitum, ut ad celestem conuolent campum roteque colligant ex Deo Domino nostro, cuique sanctis, ut illum huc adducant. Eo conuolant tuas offerentes orationes, tuos gemitus, elemosinas & ieiunia sicut vidit D. Ioannes in Apoca ypsi Angelum, ascendentem, & sanctorum preces coram diuina Maiestæ præsentantem. Deinde ad nos referunt peccatorum indulgentiam, gratiam, patientiam, consolationem, inspirationes. *Euntes & reuerentes.* Utinam illos videres. Ego, testatur Zacharias, nunc, nunc, ipsos confiteor. *Nunc vidi oculis meis.* Non miremur, quòd Deus hoc sibi ostendit: propheta, cum & alijs pluribus sanctis hoc ostendit, qui sæpe sunt Angelorum confecti recreati.

De S. Chrylomo refert D. Nilus discipulus Epist. ad eius, quòd Deus hoc illi sæpe beneficium præstiterit, ut oculos eius aperiret, ac visibiliter ostentum intueretur templum Angelorum multi iudice repletum; præsertim dum missæ sacrificium celebraret illos vidit circum circa altare, vestibus solumus niue candidioribus resurgentes, summâ reuerentia pronos, qui Deum colebant, adorabant, & diu pro hominibus deprecabantur. *Dominus pro natali humana precantur, dicentes: Pro his rogatio. Pro his supplices preces fundimus, pro quibus 1. ad Cor. ipse sanguinem sudasti. Pro his deprecamur pro qui. 1. Cor. 11. bus corpus hoc hostiam obtulisti.* Et ita declarat ipse 1. ad Cor. D. Chryl. De quo sumpsit D. Thom. Id. 1. Cor. 11. quòd D. Paulus mulieribus in unxit, ut in tem. 1. Cor. 11. plo magnâ consistere reuerentiâ, testisque capitibus. *Propter Angelos.* Quia communiter asserit D. Thom. adfunt in templis Angeli, & maiori certitudine & frequentia, quando diuina mylta

III.
Euntes & reuerentes ut apes ex alueati.

Apo. 8. 7.

mysteria, officiaque celebrantur. Ex illis expo-
nit D. Chrylost. id quod dicere volumus, quan-
do in missa sacerdos dicit, i omniatib; Angelis,
Dominionibus, Petelitatibus, Virtutibus, & Se-
raphinis, adiangens. *Cum quibus & n. stras vo-
ces, ut admittat subnos deprecamur supplet confes-
sione dicentes: Sanctus, Sanctus, Dominus
Deus Sabaoth, pleni sunt caeli & terra gloria tua.*
Hic ille cantus est celestium spirituum, quem
ab ijs cantari intellexit Ilias. Et supponit Ecce-
lesia, quod tempore facta istius m. i. i. illic ali-
tatur, hoc idem cantantes. precatur autem, &

7. 6. 3.
V.
Angeloru
praesentia
deuotio-
nem ex-
citatur.
D. CHRYS.
He. 16. 7.
1. ad Cor.
Tom. 4.
Ps. 137. 2.

rogat, ut nobis haec concedat gratiam, ut nos-
trorum eorum cantu coniungatur, & ut pariter
eorum & nostrae voces alacritate. *Cum quibus &
nostras voces &c.* I. ubi audire D. Chrylostomum
nos admonentem. *Cogita quosnam gregales, &
canendi socios habens. Sufficit tibi ad animi atten-
tionem accendendam, cum perpendis te corpore cir-
cumscriptum, & carnis implicatum, ut eum incorpo-
retis virtutibus communi omnium Dominum conce-
lebres, affectum esse.*

Inde declarat D. Thomas illud psalms in quo
David modum quo Deum oremus nobis exponit:
In conspectu Angelorum psallam tibi. Quid am-
plius dici potest de ijs qui laudes in Ecclesia de-
cantant & legunt tot Angelis plena, sicut quo-
tidie confitemur, dum dicimus. *Vista, que sumus
Domine, habitationem istam, & omnes insidias in-
imici &c. Angeli tui sancti habitent in ea.* Cum sit
habitationis tuae domus, certum est, Domine,
illuc adesse de populo tuo vigilantes, qui continue in
ea commorentur. Hinc, assertore D. Chrysolomo,
ad i. g. q. 1. a continentia conueniat te esse
in Ecclesia. D. Paulus precepit ut magna reuer-
entia aditas, manusque oratione attollerent. *Uolo
vros orare in animo leo leuantes puras manus.* Ut
te doceat, quam sublimes habere debeas cogita-
tiones, longius erectas a terra, quam excitatum
animum & in Deum conuersum. Ipse te moneat

7. Timot.
D. CHRYS.
Tom. 4.

Chrylost. *Propter hoc tempore honesti sacrificij sta-
re iubemur, ut cogitationes humi repentes erigamus,
ut languore quem ex huius vita negotijs contraxi-
mus, excusso, rectum coram Domino animum nostrum
excitare possimus, neque enim cum curiosibus loqui-
mur, sed interiorum cogitationum vires temptationibus
Beati qui profertur exsuscitare his verbis iubet. Ut notat
sermone. D. Ambros. Vtinam hoc Deus nobis praestet be-
neficium, ut oculos nostros aperiret, sicut factum
est Giezi discipulo Elisei, metu nimio trementi
ob hostium aduentum, quos praesentes intueba-
tur. Domine rogat Eliseus, *aperi oculos huius ut**

videat, populorum multitudinem, quos missi
mei defensores. *Et aperuit Dominus oculos pueri,
& vidit, & ecce montes plures equorum & equitum
ignotam in circuitu Elisei: erant autem exercitus
Angelorum.* Si Deus in his oculos aperiret, proli-
qualem timorem, qualem reuerentiam, qualem
fiduciam, quantum Dei misericordiam cognos-
ceremus? h. o. quatuor D. Chrylost. hoc vidit, num-
quam ab hoc reuertendo cessauit. Apprimere vero
ponderat illud quod in missa tibi sacerdos dicit
Sursam corda, cui respondes: *Habemus ad Domi-
num.* O te tradite remanet ille: quantum effuisti
mendacium? Respondes: *Habemus ad Dominum,
& illa ipsa horum mentium inueniunt.* Tu qui cor ha-
bes in pecunijs, & tu tuus in voluptatibus, & tu
tuus in praesentibus, quas superba fiducia in te
dignitatum ambitio: & nulli nisi s. tuum ha-
bes cor, quam ibi, ubi corpus tuum est. Vtinam
annotares, quae hic petuntur. *Papa i. mensa my-
sterij in a. t. & Agnus Dei pro te immolatus &c.
cerdos pro te anguit, ignis spiritalis ex sacra men-
sa resiliit. Seraphim adsunt, sex alis faciem tegentia,
omnes incorporea virtutes pro te eum sacerdote in-
tercedant, & tu non erubescis, reuerentia, confundi-
ris? Aperi oculos, & cum illos iam oculis i. cu-
cernas corporis, spiritualibus illos intueri. Quan-
do rei alius te praesentia inopia, huc accurre, An-
gelos deprecare, ut videant & veniant tibi in
commodum; Deo tuas offerant orationes, tuos
dolores, tuas angustias.*

VI.
Anges-
lerum
in te-
pre-
sentia
a. ma-
lo. os
cobi-
beate-
D. Am-
118.
Tom. 4.
D. CHRYS.
Tom. 4.
D. CHRYS.
Tom. 4.
D. CHRYS.
Tom. 4.

Ex consideratione praesentiae Angelorum in
templo, hortatur nos D. Ambros. quanta de-
beamus in templo esse reuerentia, mentis deuotio-
ne, morum compositione, quam anxie caue-
re, nequid in eo mali, & diuinae offensum
Majestati committamus. Nemo contradicit, in-
quit, quoniam efficax in primis sit incertum ad quem-
piam cohibendum, nequid turpe, ne quid agar
inonestum, si sciat, quod a vicinis suis attente
conspiciatur. Si iam videret, quod illum iudices
attenderent, qui eum pollunt condemnare.
Quid deinde foret, si consideraret quod ipse Rex
suos in eum defigeret oculos? Si igitur te coer-
cet videte quod te alij conspiciant, homines
mortales, & terreni Principes, quid ageres,
si constitutus in templo perpenderes, quod plu-
res celestium Principum te spectent, & ipse
Christus Iesus Rex caeli terraque Dominus luos
in te continuo reflectat oculos. *Quanto te magis, si
quis alleuet oculos mentis & consideret plures esse
Angelorum Ecclesias, quibus Angeli praesunt, eum &
concepto potest reuocare peccato? Non reuerentius esse
Auge.*

174 Angelorum presentiam si presentes esse credideris Non metueris ne dicam facere, sed loqui, aut etiam cogitare, quod primum est, si tibi divina scriptura iustificet, quia Deus cogitationum arbiter, secretorum testis est verax, sicut ipse ait: Effate mibi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus quem elegi. Haec S. Doctor oratione plane admirabili materiam profertur, tandemque concludit: sit ita, & concedamus, quod te nec videant angeli, nec Christus, vel si te viderent tecum commuerent, ex eo quod te Christus diligat, & tuas eius Angeli exultent infirmitates adverte, monet, quod te videat diabolus, qui te eo adduxit, ut in templo temerarius agere praesumeres quod extra illum agere veredatensis, cuius ea tota est sollicitudo, hoc feruens eius delictum ut te perdat, habeat vnde te coram Deo aduersarius accuset, & quam primum in peccatum te precipitem egit, contra te coram diuino tribunali vociferatur, petatque de tali impudentia vindictam, & actus tanti peccati supplicium vegeat, praeteritum autem in hora mortis. Sed acquiesce tibi, (loquitur D. Ambrosius) quod Iesus te noluit videre, noluit renouere, qui noluit accusare, noluit videre Angelis, sed vidit diabolus, qui tecum introiit, mox te introduxit, videns ministris eius, qui te circumdederunt, ne videres Angelos Dei. Vidit Belial, vidit I. qui te impulerunt, nequis renoueret, ne quis teneret, noluit punire quod collatum tibi praesertit silenti, qui voluit tecum supplicij habere consortium: statet plures similes sui videre, & in eo habere gloriam, quod plures perditos fecerit. Ipse est inuenit, ipse accusator, ipse in Iudam introiit, ipse eum ad perditionem impulit, ipse misit ad laqueum. Diuina minor verba praeclearis fecit: conceptibus, quorum vnus est, de indefessa cura, qua nostram diabolus procurat damnationem: quia ut nostrae salutis inuidus, rabida studet, ut diligentia in ruinam impellere, utque in perditionem cadamus sempiternam, in quam prior ipse corruit: est enim velut perdis inclusa transmissis, qua studeat ut alia adhuc libere in laqueos incidant capiendae de quibus in nostris egimus Tractatibus. Alter ut sciamus quod eosdem labore, quo studeat diabolus, ut Deum offendamus, eius nobis obijciendo bonitatem ac misericordiam, accusat dum nos cerit in peccatum lapsos, ut reos coram Supremo iudice compellet instetque quam potest acerrem pro tali proterita supplicium, ex postulans de quibus firmiter prolixo dilectum in nostris Tractatibus: Considera tentio: quo cunctu, compositione ac deuotione, conueniat te in templo consistere, peipende quod coram Angelis

audes, & in conspectu Christi Iesu saluatoris tolli. Quocirca morum incompositio, qua extra templum vix vilius habetur momenti, in Ecclesia vt magno opere grauis esse censetur, eo scilicet modo quo dixit D. Bernardus Eugenio, tertio Pontifici scribens. Inter faculares nuga nuga sunt, in ore sacerdotu blasphemica.

§. 8. Templum proprie Domus esse dicitur, in qua habitat Deus, & domus orationis: Illa licet in omni posui loco exerceri.

Tandem sic ait Jacob: Vere non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta caeli. Notes hic velim integram sententiam Christi definitiuae. Domus Dei & porta caeli. Vt amentes explodantur haeretici, dicentes, quod Deus domum habere non debeat sibi propriam, quandoquidem totus mundus Domus illius sit. Nescis horrendum, quod praeterquam quod sit mendacium, est insuper blasphemia beneficio, quod nobis in illo Deus tribuit, in gratissima. Conueniunt omnes, quod tota Hispania ad Dominum nostrum pertinet Regem, eiusque ipse supremum habeat Dominum: verumtamen non ideo non habet ille palatium domumque sibi singularem, qua particulariter residet, quiescit, negotia disponit, beneficia largitur, cogaque concilium. Hoc nobis Deus concedit beneficium, quod illi non sufficiat, mundum habere vsuum, sed etiam inter nos hominum velit erigere & eligere particularem, vt singulariter in ea, & modo prout in ineffabili resideat, beneficia donaque conferat, suos habeat seruos ac ministros, eiusque negotia pertractentur. Cum mercatores suis contractibus locum habeant designatum in basilicis seu ianuedijs: regni negotijs deputati in Palatio, deputatiq; studiosi ad discendum in scholis ac gymnasijs: officiales ad sua particularia ministeria in constitutis: quibus & ipsi sapientia primarij iudicantur expedire, vt locus particularis, n. ereticibus, lupisque deputatur: an non habeat sibi Deus locum, quo vobiscum de suis agat negotijs? Vbi nam vis illa tractentur? In ianuedio? In foro? In basilica? In plateis? In claustris? An esse possimus sine Deo? an fieri potest vt cum Deo non agamus, ad Deum non recurramus? An parum sunt momenti, qua cum illo sunt frequententer peragenda? quid ergo o mlti haeretici: hac sola, vultis, vt locum non habeant singularem illis tractandis deputatum? Hanc nobis Dominus fecit misericordiam, quod habitare nobiscum

Isai. 43

VII.

D. AM.

167 71

I. Deus Dominum sibi habet particularem, vt Rex palatium.

II. Probatur aliorum exemplis.